

cularius vel Eunuchus. (3) Ingressus tertius juxta templum Domini. (4) DEUS, creator animarum. (5) Cœnum calamitatum.

2. Ἰὰ γυναικᾶ.

Notentur ex hoc capite 4. & 16. versic.

3. Ἐδυνωσεν αὐτὸν.

Geminam requirit istius capitis Enarratio concionem. (1) De persecutione Prophetæ. (2) De colloquio ejus cum Rege habeatur.

Narratio de persecutione *Jeremiæ* pertinet ad *Dom. Exaudi.*

CAPUT XXXIX.

Continuatio & Argumentum.

Quæ capite proximè præcedenti narrata, acciderunt durante Urbis oppugnatione; Quâ periodo ferè integrâ commorandū Prophetæ in atrio custodiæ, sicut patet ex vs. ultimo illius capitis. In hoc capite Urbis oppugnatio, nec nō quæ in ea & post eam contigerunt literis consignata extant.

Totum caput est ἰσορροπικὸν ἔκ δυνωσικόν.

Partitio Capitis.

Duæ constitui possunt capitis partes, in quarum (1) Urbis expugnatio. usq̄ve ad vs. 4. in (2) verò ea, quæ in & post expugnationem illam contigerunt, narrantur.

Usus.

Discendum ex hoc capite, non indignum esse Viro Theologo res sui seculi gestas in literas referre & præsertim eas, quæ Ecclesiam concernunt. (2) Propheticas comminationes non esse de pelvi fulgura. (3) Fideles Christi servos singulari DEI beneficio in medio publicarum calamitatum æstu plerumq̄ve conservari.

Explicatio 1. Partis.

Circa expugnationem Urbis duo è textu Prophetico notanda nominat. Unum est illius Tempus, quod dicitur incidisse in 9. diem quarti mensis (qui, ut Chronologi accuratiores annotarunt, nobis est primus Julii, feria tertia.) anni undecimi Zedechiæ; qui fuit annus secundus à primo initio obsidionis cœptæ die 10. Mensis 10. (qui nobis

bis